

Petrus de Vinea

*Ep. III 60 (Nuper Papiensibus  
ex parte nostri culminis...)*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali  
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. III 60 (Nuper Papiensibus  
ex parte nostri culminis...)*

1242-1250

Item cuidam super eodem, et reprehendit eum, quia negligenter se habuit

1. Nuper Papiensibus ex parte nostri culminis requisitis, obtinuissimus totaliter uotum nostrum, si tu per te ac tuos super eodem negotio minus tepide processisses. 2. Vt igitur negligentiae preteritae culpam redimas sollicitudine uirtuosa, fidelitati tuae precipiendo mandamus, quatenus ad requisitionem iudicis Maioris de Iuuenatio, magnae curiae nostrae iudicis, et notarii R., fidelium nostrorum, quos pro magno, nouo et arduo negotio ad Consilium ciuitatis Papiae et ad te precipue destinamus circa obtinendum a Consilio ipso, quod uolumus, in presenti prudentem diligentiam sollicitus et uigil apponas, ita quod diligentiae tuae studium dignis premiorum laudibus prosequamur.